



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661

2 Impubes testis in causæ criminis haud est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Quemadmodum & Balsamon interpretatur. Simulane enim istam tueri fidem, quam oppugnant.

QVÆSTIO II. & III.

Secunda autem, & tertia questio eodem concilio Carthaginensi septimo a, uno eodemq; capitulo quarto determinatur.

Illud verò est huiusmodi. C. I. Qui ab accusatione repelluntur, aut ad annum 14. nondum pervenerunt, testes esse non possunt.

Testes b autem ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam, quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem infra annos quatuordecim etatis suæ non admittantur.

C. II. De eodem. PALEA. [Item ex concilio Maticensi 3. c. 6.]

Placuit d sancto conventui, ut testes ad testimonium dicendum pretio non conducantur, & ut qui que optimi & fideiiores in testimonium assumantur: ut is, contra quem testimonium e ferre debent, nullam eis possit afferre f calumniam, & ut nullus testimonium dicat, nisi ieiunans.

2 ps. Item in criminali causa. [Produci testis non potest, qui ante in eum rem testimonium dixit.] Item in 22. lib. ff. tit. de testibus lege 23. g. invenitur.

Item titulo eod. l. ob carmen. 4. ff. iuste.

C. III.

Si testes omnes ejusdem honestatis & existimationis sint, & negotii qualitas, ac iudicis motus cum his concurrat, sequenda sunt omnino h testimonia. Si vero ex his quidam eorum i aliud dixerunt, (licet in pari k numero) credendum quidem est, sed quod nature negotii convenit, & quod inimicitie aut gratie suspicione caret: confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora, & vero proxiora esse comperit. Non enim ad multitudinem respecti oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus potius lux veritatis affluit. Item lege secunda, ff. eod. In testibus fides, dignitas, mores, & gravitas examinanda est: & idè testes, qui adversus fidem testationis suæ vacillant, audiendi non sunt. Item l. 3. Testium fides diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum exploranda erunt imprimis conditio cuiusque, utrum quis decurio, an plebeus sit, & an honestæ, & inculpatae vitæ, an verò quis notatus, & reprehensibilis, an locuples, vel egens sit, ut lucri causa quid facit admittat, vel an ei inimicus sit, adversus quem testimonium fert, vel amicus ei, pro quo testimonium dat. Nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quòd honesta sit, vel propter causam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitie causa fiat, admittendum est. Item eadem lege paulo inferius.

3 ps. Lege Julia de vi cavetur, ne siac lege in reum testimonium dicere liceat ei, qui se ab eo, parenteve ejus liberaverit, quive impubes erit, quive iudicio publico damnatus erit, qui eorum in integrum restitutus non erit, quive in vinculis, custodiae publica erit, quive ad bestias, ut depugnet, se locaverit, quive palam, quastum faciat, feceritve, quive ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicantis, vel convictus erit. Item l. quarta. Lege Julia publico-

a Et in Afr. c. 97. b C. l. 7. c. 101. Rabanus in pan. cap. 1. Burch. l. 16. c. 20. l. 100 p. 5. c. 364. Pann. l. 4. c. 23. c al. Maticensi. d extra de testib. c. 1. Bur. l. 16. c. 31. e al. testimoniare. f al. inferre infamiam. g Tit. l. 1. produci. h al. omnia. i ab ab orig. k al. impari. orig. l testimonium. orig.

rum iudiciorum cavetur, ne invito denuntietur, ut testimonium litis dicat adversus foerum, generum, vetricum, privignum, forbrinum, forbrinam, forbrinorum matrem, eòve, qui priore gradu sint. Item, ne liberò ipsius, liberorumve ejus, parentum, viri, uxorisve. Item, a ut nec patroni, patronæve adversus libertos, necq; liberti adversus patronum cogantur testimonium dicere. Cum b autem excipitur, ne gener, aut foer, aut sponsus filia quoque contineri placet. Item foer, sponsus Patrem. Item lege sexta. Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest, ut testes fiant. Item lege septima. Servi responso tunc credendum est, cum illa probatio ad eruendam veritatem non est. Item lege octava. Inviti e testimonium dicere non coguntur. Item, valetudinarii, vel milites, vel illi, qui cum magister tu recip. causa absunt, vel quibus venire non licet. Item lege decima nona. Publicani etiam testimonium non dicuntur inviti. Item is, qui non detrectandi testimonii causa aberit. Item is, qui exercitii præbendo i conduxerit. Sed nec pupillis testimonium denuntiare potest. Item l. 20. In testimonium accusator citate non debet eum, qui in iudicio publico reus est, aut qui minor viginti annis erit. Item l. 21. Ob carmen famosum damnatus, inestabilis fit. Item. Si re cogat, non tantum privati, sed etiam magistratus, si insipienti sint, testimonium dicant. Prætor quoque testimonium dare debet in iudicio adulterii causa. Si autem rei conditio sit, ut aretarianum testem, vel similem personam admittere cogatur, sine tormentis testimonium credendum non est. Item l. 24. Testes eos, quos accusator de domo produxit, interrogari non placet. Item l. 25. Patroni quoque in causa, cui parsionatus præstituerunt, testimonium non dicant, quod & in eorum negotiorum observandum est. Item l. 26. Qui falsò e vel variè testimonia dixerant, vel utrique parti prodiderunt, à iudicibus comperite puniuntur. Item l. 27. Pater & filius, qui in periculis reus est, item duo fratres, qui in eisdem patris periculis sunt, testes utrique in eodem testamento, vel eodem negotio fieri possunt: quoniam nihil nocet ex ea causa plures testes alieno negotio adhiberi. Item l. 28. Pater, si inestabilis sit, an ad testimonium g adhiberi possit, qualitas incalescentis sexus ostendit. Item l. 29. Nullus idoneus testis in re sua intelligitur. Item l. 30. Ad fidem rei gestæ faciendam etiam non rogatus testis intelligitur. Item l. 31. Vbi numerus testimonium non adicitur, h etiam duo sufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. Item l. 32. In testibus considerandum est, qui simpliciter visi sunt dicere, utrum unum, eundemque, & præmeditatum sermone veritatem responderint. Item paulo inferius. Ex parte sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur, alias numerus testium, alias dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat: rei quoque fides. Non ergo ad unam professionem cognitionem statim iudex allegare debet, sed sententia animi sui existimare, & quid sui cretat, parum sibi probatum opinetur. Item paulo inferius. Alia est auctoritas presentium testium, alia testimoniorum, quæ recitari solent. Item Codic. lib. 4. tit. 1. l. 1.

a Et orig. l. idem ex l. 1. b In testibus, quibus excipitur. c l. invit. 2. mutata est enim verborum significatio. d qui quid exercitii præbendus conduxerit. orig. e al. Reponitur paulo aliter. f al. falsa, vel varia. orig. g al. Reponitur. h al. testimonium. orig. h al. admittitur. i l. 20. sum. & 19. magis, sed paulo aliter. k al. testimonium. orig.